



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

177. Quando virgo veletur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14622**

sibi usurpant auctoritatem. Quæ ignominiosa præsumptio fautoribus magis imputanda videtur quàm feminis. Unde, quia divinæ leges, ut supra monstratum est, hoc contradicunt, & humanæ nihilominus idipsum prohibent, ut feminæ nihil aliud prosequantur in publico quàm suam causam. Ait enim Lex Theodosiana: *Nulla ratione femina amplius quàm suas causas agendi habeant potestatem, nec alienius causam à se noverint prosequendam.* Idcirco ex auctoritate canonica interdiciamus ut nulla sanctimonialis virgo vel vidua conventus generales adeat, nisi à Principe fuerit evocata, aut ab Episcopo suo, nisi fortè propriæ necessitatis ratio impulerit. & hoc ipsum cum licentia Episcopi sui.

Interpret. l. 5.  
Cod. Theod.  
de cognitor.  
& procurator.

Quando virgo veletur. *Ex Concilio Africano.*

Concil. Afric.  
c. 93.  
Lib. 1. Capitular.  
c. 46.  
Burchard. lib.  
8. c. 18.  
Decreta Gelasij  
c. 12.

CLXXVII. Ut virgines non velettur ante vigesimum quintum annum ætatis, nisi fortè necessitate periclitantis pudicitia virginalis; &, ut Gelasius Papa dicit, nisi in Epiphania & in Albis paschalibus & in Apostolorum natalitiis non sunt consecrandæ, nisi causa mortis urgente.

Decreta Gelasij  
c. 13.  
Lib. 1. Capitular.  
c. 59.  
Burchard. lib.  
8. c. 36.

De eadem re. *Gelasius.*

Concil. Tribur.  
c. 24.  
Burchard. lib.  
8. c. 10.

CLXXVIII. Viduas autem velare Pontificum nullus attentet.

Virgines quæ ante duodecim annos infans mundiburdis suis sacrum velamen capiti suo imposuerint, & illi mundiburdi integrum annum & diem hoc tacendo consenserint, in